



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Avari.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Sicut Dei providentia ad conservationem & defensionem humani generis vinculum sanguinis posuit, ita tam bene lethale odium inter consanguineos fraternaue odia, quam inordinatus affectus erga carnem & sanguinem origo est multiplicis mali. Et sicut dicit Christus ad consilia Evangelica sequenda vocato, *qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus*. Matth. 10. Ita & ibid. dicit parentibus pro solatio suo, vel familiae ut sibi imaginantur bono, impredientibus proles capaces aut pulchras a statu religioso, & defectuosas Deo in religione obtudentibus, *qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus*.

Avari.

Non est satiatus venter ejus, cum habuerit omnia, quae concupierit, possidere non poterit. Job. 20. Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet. *Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea*. Pl. 38. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Divitiae si affluant, nolite cor apponere*. Pl. 61. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam; hic enim & animam suam venalem habet, avaro nihil est sceleratius*. Eccl. 10. *Omnis homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est*. Eccl. 3. Sicut revera maledictio est, quando avarus nec pro se, nec pro alio emolumentum aut commodum habet ex sua substantia, & nec ex amore erga Deum, vel ob satisfactionem pro pec-

peccatis suis præstandam, sed purè ex avaritia re-
reditibus suis non utitur, & alieni postmodum
comedunt labores ejus. Quòd si jam aliis ex
tuis bonis benefacis, vide ne iterum avarus sis.
Nam teste Ambrosio l. 7. c. 14. Luca. *Hospita-*
lem esse remanentis affectus avaritiae est. Hinc
in manus pauperum optimè deponuntur the-
sauri pro vita altera, & si aliis benefacis sine in-
nominato contractu: do ut des.

Pomposi, Magnifici.

*V*elut somnium surgentium Domine, imagi-
nem ipsorum ad nihilum rediges. Ps. 72. *Pe-*
riit memoria ipsorum cum sonitu [dum tempore
pomposæ sepulturæ pulsantur campanæ organa
& tympana] *tanquam fœnum velociter arefcent,*
& quemadmodum olera herbarum citò decident.
Ps. 36. *Vidi impium superexaltatum & elevatum*
sicut cedros Libani, transivi, & ecce non erat, que-
sivi eum, & non est inventus locus ejus. Ps. 36. *In*
labore hominum non sunt, & cum hominibus non
flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, aperti sunt
iniquitate & impietate sua. Ps. 72. *Nullum cer-*
tius reprobationis signum, quàm si abundantes
in hoc sæculo etiam felices ob opera quædam
moralia bona in hac vita à Deo præmientur, nul-
lisque premantur adversis, quæ rebelles eorum
voluntates ad Deum compellerent. Hinc benè
S. Bern. absit à me talis misericordia, hinc ure,
hic seca, modò in æternum parcas. *Hac mihi*
fit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec